Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Obedientiae incitamenta sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Obedientiæ incitamenta ſunt quinque.

PRimum eſt ſcriptura. Rom. 13. Ro, 13.
omnis anima poteſtatibus ſubli
mioribus ſubdita ſit. Ephe. filij Eph. 6
obedite parentibus ueſtris. Heb. obe Heb. 13
dite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete
eis. ipſi enim peruigilant quaſi ratio
nem reddituri pro animabus ueſtris.
Et Bernardus. Diſce homo obedire, Bernar.
diſce terra ſubdi, diſce puluis obtem
perare. Secundum eſt creaturæ. Matt. Mat. 8
Quis eſt hic, quia & uenti, & mare
obediunt ei? Ambroſius. Non eſt me- Ambr.
diocris pudor animi, imperio Dei
inſenſibilia elementa parere, & ho-
mines non obedire, quibus ſenſus ab
ipſo tributus eſt. Tertium eſt doctri-
na Chriſti, hanc enim docuit ueniens
in mundum. Io. Deſcendi de cælo Io. 6.
(inquit) non ut faciam uoluntatem
meam, ſed uoluntatem patris mei, qui
miſit me, &c. Item Meus cibus eſt ut Io. 3.
faciam uoluntatem patris mei, &c.
Et hoc dixit manens in mundo. Item Io. 5.
tranſiens in mundum. Matt. Non ſi- Mat. 26
cut ego uolo, ſed ſicut tu. Io. ſicut Io. 15.
mandatum dedit mihi pater, ſic facio.
Chriſtus igitur ne perderet obedien-

tiam, perdidit uitam. Quartum eſt, bona quę ex obedientia oriuntur. de hac materia, uide in ſequenti cap. Quintum eſt, mala quę ex in obedientia proueniunt. Et de hac materia uide in cap. de inobedientia, &c.

Obedientia quinque bona facit.

PRimum eſt quia obedientia impetrat à deo quod poſtulat.
Grego. Gregorius. Si obedientes fuerimus præpoſitis noſtris, obedit Deus orationibus noſtris.
Auguſ. Et P. Auguſtinus. Citius exauditur una oratio obedientis, quàm decem millia contemptoris.
1.Io.3. Io. Si cor noſtrum non reprehendit nos fiduciam habemus ad dominum, quòd quicquid petierimus accipiemus, &c. Secundum, eſt quia obedientia hominem ſeruum dei facit.
Matt.7. Matt. Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit uoluntatem patris mei, &c. Magna ſecuritas eſt habere deum omnipotentem. Vnde
Ambr. Ambroſius. Mori non timeo quia bonum dominum habeo.
Pſa.143 Pſal. Beatus cuius eſt Dominus deus eius, &c. Tertium, quia de inimicis triumphat.
Prou.21 Prou. Teſtis mendax peribit, uir obe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN